

Lucas Bacmeister Johannes Wolf

Theses Theologicae De Deo Uno Et Trino. Patre Filio Et Spiritu Sancto

Rostochii: Myliander, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756513405>


Druck Freier  Zugang



L. Bacmeister

R. U. theol. 1607.

21



THESES THEOLOGICÆ
DE
DEO UNO ET TRINO.
PATRE FILIO ET SPIRITU
SANCTO.

*Ad publicam Disputationem in Academia
Rostochiensi proposita*

*Ad quas
Eodem DEO Auxiliante*

PRÆSIDE

L V C A B A C M E I S T E R O L. F.
S. S. Theol. D. & Professor publico.

RESPONDERE

J O H A N N E S W O L F I U S designatus Ecclesia Bor-
gensis in Imperio Germanici Verbi Divini Minister.

*In Auditorio magno die 29. Julij
hora 6. matutina.*



R O S T O C H I I
Excudebat Stephanus Myliander, Anno 1607.





De Deo Uno & Trino.

THESIS I.

Fundamentum & cardo salutis nostrae est vera veri Dei agnitio; qua cum non aliunde quam ex Dei verbo hauriatur, ordine convenientissimo loco de S. Scriptura doctrinam de DEO subjungimus.

II. Consistit autem vera Agnitio DEI, in Essentia, Voluntatis & Operum divinatorum considerationes atq; ita per se ferè Theologiam a nobis ambitu suo complectitur: nos verò hoc tempore de primo tantum capite agemus.

III. Atq; ut ordine progrediamur, quævis vocabuli DEI primum distinguenda venit, cum eud non uno sensu, quemadmodum & Hebraea quædam. Disputationes in S. Scriptura, usurpantur. Interdum enim huic inibus tribuitur, ratione divini officij, quod loco DEI gerunt, ut Exodi 22, 9. & 28. Psal. 82, 6. Joh. 10, v. 34. Quo sensu & Moses divina legatione fungens Deus Aaronis dicitur, Exod. 7, v. 1.

IV. Sæpius verò etiam ratione falsa opinionis & cultus hominum ad creaturas alias refertur, ut Idola Gen. 31. 30. & 32. Exod 20, 3. & 23. Psal. 96, 5. Diabolum, 1. Sam. 28, 13. 2. Cor. 4, 4. Ventrem Phil. 3, 19. siquidem hisce maxima hominum pars libentius, quam verò Deo inserviat.

V. Quæ significationes omnes cum à nostro instituto aliena sint, & ijs tantum competant, quos Paulus θεομορφος θεός nominat, 1. Cor. 8, 5. sed revera non sunt. Dij: Nos ijs relictis, de DEO vero,

qui Jehova se appellat, & hanc suam gloriam cum nemine communicat, indeq; propter beneficia Optimus, propter vim & potentiam Maximus dicitur, hoc tempore brevissimè dicemus.

Cicero. VI. Etsi verò in Christianorum scholis quaestione, An sit aliquis DEUS non opus esse videatur, cum vel Ethnico teste, omnibus hominibus innatum & quasi insculptum sit, esse DEVM: attamen cum pios quoq; interdum subdubitare de DEO contingat, ut miserimè afflicti, aut considerantes àνωπελιος in vita humana, qua ut plurimum bonis malè, malis benè est; vel non esse Deum, vel certè non curare res humanas existiment, Job. 3, 3. Psal. 30, 23. & 73-2. 3. & multi etjam in Ecclesia impij & securi verbis & factis Deum negare non erubescant, Psal. 14, v. 1. & 53. 1. Sap. 2, v. 2. Tit. 1, 16. Ideo ad consolationem & institutionem nostram, rebus adversis & securitati animorum opponendam, hæc quaestio necessarium & maximum præstat usum.

VII. Ut autem natura stat firmitus, quando duabus pluribusve nititur anchoris: ita Deus: Opt. Maximus, ut certior esset de se assensio, duplici ratione pro sua erga nos immensa bonitate, nos ad se agnoscendum invitavit: nempe toti rerum natura vestigijs sui imprimendo, & verbo manifesto nobis patefaciendo. Unde duplex Dei cognitio exsurgit: Naturalis una, & revelata altera.

VIII. Naturalis noticia est indita à Deo vis, & mentibus hominum impressa facultas, qua ex intuitu & consideratione rerum & totius mundi, & ex ipsius conscientia Syllogismo, seu notionibus menti humana insitis, & experientia quotidiana, agnoscit & fatetur esse Deum, mentem aternam, omnipotentem, sapientem, architectatricem hominum & totius mundi, inspectricem, vindicem, judicem & benefactricem, &c. & de hac loquitur Apostolus, Act. 14, 14. & 16. & 17. 23. & seqq. Rom. 1, 19. 20. & 2. 15.

IX. Atq; hanc naturalem DEI noticiam etjam in hominibus post lapsum, imò gentibus reliquam esse, Dominus Philippus in locis, loco de Providentia, & libro 1. Physic. novem probat demonstrationibus

tionibus; quarum prima est ab ordine natura. 2. à natura & præstantia mentis humana. 3. A discrimine honestorum & turpium. 4. A veritate notitiarum naturalium. 5. A paucibus conscientia. 6. A politica societate. 7. A serie causarum efficientium. 8. A significationibus futurorum. Et deniq; à causis finalibus, vel ordinatione rerum ad certos fines. Quibus addimus: Inventiones artium, virtutes heroicæ, & præmia honorum ac pœnas sceleratorum.

X. Caterum quamvis in suo genere certa satis sit hæc de Deo noticia, misella tamen nimis est, si ad negotium salutis referatur, partim quia languida, partim quia manca est & mutila.

XI. Languida quidem, quia tamen Deum esse, eundemq; præcipere honesta, vetare & punire turpia, satis illustribus testimonijs ostendat: in assensu tamen præstando nimium languescit, & horrendis dubitationibus sæpe excutitur. Vide 1. Tusc. Ciceronis.

XII. Mutila verò & manca est, tum quia aliquam duntaxat legis divina particulam perspectam habet, eam nimirum, quæ secunda tabula est propria: ignorato in primis vero cultu prima tabula: tum quia nihil novit de doctrina Evangelij, de remissione peccatorum, in qua salutis nostra cardo vertitur, Matth. 11, v. 27. Johan. 1, v. 18. & 14. 6. & 17. Unde & à Paulo hæc Notitia naturalis, Ignorantia appellatur, Gal. 4, v. 8.

XIII. Quare detestamur, serioq; improbamus errorem Pontificiorum & aliorum, qui noticia istius naturali tantam vim tribuerunt, ut lege natura gentiles salvari potuisse, salvatosq; esse plurimos asserere non dubitarunt: imò eadem etiam Christum Jesum Crucifixum cognitum illis fuisse scripserunt. Videatnr Andradius explic. orth. lib. 3. f. 292. Isengrinus in exposit. Evangelij Septuages. Bellarminus lib. 1. de Christo cap. 3. Vbi ait; Philosophos gentiles reipsa DEUM unum cognovisse, & ex ea parte quasi naturaliter Christianos fuisse. Thammerus item; Latomus, Angelus Politianus; Erasmus Roterod. Zuinglius, Gualtherus, Franc. Puccius & alij, qui gentilium heros magno numero ad beatorum sedes retulerunt:

terunt : posthabito eo, quod Christi praecursor disertè edixit : Qui non credit in filium, non videbit vitam, sed ira DEI manebit super eum, Joh. 3, v. 36. Et: Nemo venit ad Patrem nisi per me. Joh. 14, v. 6. Petantur verò hac latius ex Dn. Chemnitio parte 1. Examinis, capite de operibus Infidelium.

XIV. Etsi verò vim istam salvandi notitia hac naturalis in se minimè habeat, usum tamen habet eximium eumq; multiplicem.

XV. Ideo enim Deus illam hominibus concessit, ut 1. ea deducerentur ad notitiam revelatam seu patefactam, & stimulos adderet ad querendum verum DEum, Act. 17, v. 27. 2. Ut homines continerentur in officio, & disciplina externa conservaretur. Rom. 2, 15. Et deniq; ut essent ἀνανδῶντοι, hoc est, ut ad tribunal DEI redderentur inexcusabiles, Rom. 1, v. 20. Quod si enim tenuiculam illam notitiam excoluissent & usupassent, aliquid saltem excusationis quoad extremam ἀπέλευσιν asserere potuissent : Vnde Chrysostomus usum hunc appellat ἐπιτηδεύου καὶ διδασκαλίας.

XVI. Revelata Dei notitia nihil aliud est, quam patefactio Dei, qua Deus qui dives est misericordia, propter multam charitatem, qua nos diligit Eph. 2, 4. ex lumine inaccesso, quod inhabitat, 1. Timoth. 4, 16. prodiens, per verbum, in prophetis & Apostolicis contentum, se suamq; voluntatem patefecit, eamq; patefactionem illustribus miraculis ceu testimonijs & sigillis confirmavit.

XVII. Atq; hanc solam salutarem esse & Ecclesia propriam, testes omni exceptione majores Christus & Paulus pronuntiant, Matth. 11, 25. & seqq. Joh. 1, 18. & 17. 3. 1. Cor 1, 21.

XVIII. Hac verò revelata notitia quatuor potissimum argumenta nobis suppeditat, quibus Questionem propositam, An sit, astruimus.

XIX. Primum ex verbo θεοῦ εἰρηνοῦσα desumitur : in quo DEVS de seipso palam testatus est, suaeq; Majestatis praecone. misit Angelos, Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, imò proprium suum filium, Joh. 1, 18.

Secundo

XX. *Secundò occurrunt Sæpè a[li]q[ui]da[m] & magnifica DEI opera & miracula, quibus majestatem suam divinam singulis hominum seculis publicè testatam fecit.*

XXI. *Quibus tertio loco, Divinas illas patefactiones adjungimus, quibus se DEUS coràm ostendit Patribus & Prophetis: tandemq[ue] ad Jordanem in Christi Baptismo spectaculo novo revelavit.*

XXII. *Quartum & ultimum ex admiranda vaticinorum certitudine colligendum esse, DEUS ipse ostendit, Esa. 41, v. 22.*

XXIII. *Atq[ue] hac de duplici illa DEI cognitione attigisse verius quam explicasse sufficiat. Vnde utriusq[ue] discrimen facîle colligitur. Nam naturalis à natura proficiscitur: & demonstrationibus ab externis Dei operibus petitis nititur. Revelata ex verbo patefacto est, & confirmatur signis & miraculis. 2. Naturalis est omnium hominum etjam non renatorum. Revelata verò specialis est & Ecclesia propria, Psal. 147. v. 19. Naturalis deniq[ue] imperfecta, languida & ad salutem est insufficiens: Revelata verò perfecta & firma est, ac aeternam salutem affert credentibus, 2. Tim. 3, 17. 2. Pet. 1, 19. Job. 17, 3.*

XXIV. *Quid porro sit DEUS, etsi investigare penitus in hac vita non valeamus: Quia DEUS magnus sit, vincens nostram scientiam, Job 36. 26. Incomprehensibilis cogitatu, Ier. 32. v. 19. Vnde & Augustinus lib. de cognitione vera vita non incommode scribit: DEUS ut à nullo intellectu valet propriè cogitari: ita nulla definitione potest propriè definiri.*

XXV. *Attamen quia omnino vult Deus ita cognosci, sicut se patefecit, & propterea se patefecit, ut agnoscat, non absurdum est ex verbo patefacto aliquam Dei descriptionem colligere. A Deo enim discendum est, quid de Deo intelligendum sit.*

XXVI. *Vera itaq[ue] & propria Dei descriptio, non ex argutijs philosophicis, nec ex humana rationis dictatu, sed ex fontib. Israelis petatur: & quia præstat usitatas definitiones in Ecclesia retinere, nos eam, quam à præceptoribus traditam accepimus, hic repetemus.*

DEUS

XXVII. DEus est essentia spiritualis, Unica, aeterna, verax, justa, misericors, omnipotens, Pater aeternus, & Filius imago Patris, & Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedens, patefacta in creatione mundi, & verbo Ecclesia tradito, juxta quod solum ab hominibus agnoscitur & coli vult, & in omni aeternitate celebrari.

XXVIII. Hac definitio etsi brevis est, pulchrè tamen explicat, tum quid sit Deus, tum qualis sit.

XXIX. Essentiam DEum esse constat, primum ex Etymo & significatione nominis J E H O V A, quod propriè essentiam significat perfectissimam, simplicissimam & aeternam, ex se & per se subsistentem. Secundò ex testimonijs scripturae Exod. 3, v. 14. Ero qui ero. Ubi obiter nota sanctae linguae morem: in qua saepe futurum usurpari pro praesenti, eruditè observarunt Hebraea lingua doctores. Atq; hinc alibi praesenti tempore scriptura utitur, ut Esa. 42, v. 4. primus & novissimus ego sum. Apoc. 1, v. 8. Ego sum Alpha & Omega. Tertio quia ex ipso, per ipsum & in ipso sunt omnia Rom. 11, v. 36. Ipseq; omnibus rebus creator, dat ut sint, Actor. 17, 28. Hebr. 1, 3. Et deniq; quia virtus certò & verè, qua promissit, adimplet, Rom. 4.

XXX. Etsi autem hac ipsa essentia in seipsa, à seipsa, & per se ipsam immutabiliter permanens, illorum planè accidentium capax sit: juxta illud Propheta: Ego Deus & non mutor, Malach. 3, v. 6. Quia tamen scriptura divina huic essentia in praedicatione non pauca tribuit, qua in creaturis accidentium locum obtinent, ea quoq; enumeranda in definitione fuerunt, & nunc porro explicanda.

XXXI. Et primò quidem spiritualis hac dicitur essentia. Quia Deus Spiritus est, Joh. 4, v. 24. 2. Cor. 3, 17. Et quia propria Spiritus, ut invisibilitas & alia ei competunt, Joh. 1, v. 18. 1. Timoth. 6, v. 16. 1. Johan. 4, v. 12.

XXXII. Cumq; angelos & animas nostras fateamur esse spirituales, multò magis DEum spiritum fateri oportet: nisi angelos animasq; nostras Deo praestantiores esse, impie statuere velimus.

Nec

XXXIII. Nec obstat, quod Deus visibili specie Patribus Prophetisq; v. Testamenti sese nonnunquam revelarit, quodq; membra corporea Deo passim tribuantur.

XXXIV. Ista enim Revelationes corporea, vel de visione aliqua peculiari, vel comparativè, quod clarius & familiarius cum Deo Patriarcha & Propheta locuti sint, quam ulli homines alij, intelligenda sunt.

XXXV. Divini autem Numinis operibus, humanarum partium vocabula tribuit sacra scriptura, quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere nequeunt, facilius consilium Dei intelligunt.

XXXVI. Consilium autem Spiritus Sancti hoc est: Ut brachio & dextera, potentia DEI: oculis, perspicacia; sessione, auctoritas iudicij: statione, procinctus ad executionem: longitudine & latitudine, virtus omnia penetrans; profunditate, immensitas eiusdem incomprehensibilis significetur.

XXXVII. Hac porrò Essentia divini, Una esse perhibetur, non unitate compositionis, nec unitate logica generis, speciei aut aliorum accidentium, nec unitate consensus aut testimonij: sed Una est, Unitate Numeri & Essentia.

XXXVIII. Sicut hic tantum Unus dicitur, Deut. 6, v. 4. Audi Israël Iehova Deus noster, Deus unus est. Ephes. 4, v. 6. Unus Deus & Pater omnium, Malach. 2, v. 10. Numquid non Deus Unus creavit nos? Rom. 3, 30. Sed multus quoq; esse negatur, Deut. 32, v. 39. Non est Deus prater me, Esai. 44, v. 6. absq; me non est Deus; Esai. 45, v. 5. Ego Dominus & non est alius: extra me non est Deus, & v. 6. Ego Dominus & non est alter; exclusivèq; particula solus appellatur, Matth. 19, v. 17. Nemo est bonus, nisi unus Deus, Ioh. 17, v. 3. Hac est vita aeterna, ut agnoscant te solum verum Deum, Es. 37, v. 20. Tu es Dominus solus.

XXXIX. Quod si cui hac dicta non satisfaciunt, (satisfacere autem merito Christiano cuius debent) & plus ratiocinationi quam scripturae testimonijs hac in parte deferendum esse sibi persuadeat:

B

is con-

Nicephorus hist.
Eccles.
lib. 11. c. 14

Dionysius Areop.
de divinis
Nom. c. 9.

is consulat Augustinum de fide ad Petrum cap. 4, & 5. Lactantium lib. 1. de falsa Relig. cap. 3, 4. 5. 6. & 7. Iustinum in exposit. recte fidei, & Damascenum lib. 1. Orthod. fidei cap. 5. & alios.

XL. Hujus ejusdem quoque Essentiae proprium est, Esse Æternum, tum quia in se expers est omnis temporis, initij, successione & finis: adeoque immutabilis, & semper sui similis, Gen. 21, v. 33. Esa. 57, 15. Psal. 90, 2. Rom. 16, v. 26. tum quia nobis aternitatem communicat: hoc est, bona aeterna: & vitam denique, sine carentem daturum promisit, Ioh. 10, v. 28.

XL I. Verax quoque est cum in seipso, quatenus scilicet est Iehova, hoc est, verus Deus: & quatenus res omnes alia verè ab ipso dependent: tum in operibus suis, quia in ijs nihil est fucatum: & denique, in verbo & omnibus promissionibus suis. Exod. 34, 6. Deut. 7, v. 9. Psal. 89, 34. Iohan. 3, v. 33. 1. Iohan. 5, v. 20. Roman. 3, v. 4. 2. Timoth. 2, v. 13.

XL II. Quocirca non contradictonae voluntates Deo tribuenda sunt, neque ea hypocrisis, quasi erga maximam generis humani partem aliter affectus sit, quam verbo suo ostendit, ut hodie à nonnullis non minus impiè, quam temerè asseritur.

XL III. Iustitiae verò & misericordiae divinae mirandam temperat uram, vel unicum istud argumentum evincit, quod pro nobis peccatoribus & hostibus, Unigenitum filium suum in mortem tradidit, in quo & summam suam misericordiam erga nos miseros, & iustitiam in vindicandis peccatis, abundè declaravit. Unde non immeritò Deus misericors & iustus in scriptura passim predicatur. Exod. 34, 6. 2. Sam. 24, 14. Psal. 86, 15. & 103, 8. & 13. Esa. 30, 18. Iohel. 2, 13. Luc. 6, 36. 2. Cor. 1, 3. Eph. 2, 4. Deut. 10, 17. Nah. 9, 33. Psal. 119, 137. Esa. 45, 19. Act. 10, 34. Rom. 3, 5. & 9, 14.

XL IV. Omnipotentia denique, Essentia huic divina tribuitur, quia potest facere omnia, quae natura ipsius non sunt adversa, aut inimica, seu ut Paulus loquitur, potest omnia facere, infinita cum redundantia, & supra quam petimus aut intelligimus. Eph. 3, v. 20.

v. 20. Atq; hinc omnipotens dicitur Gen. 17. 1. Job: 9. 4. & 42. 2. Esa: 40. 10. Ier: 32. 17. Matth: 19. 26. Luc: 1. 37 & 18. 27.

XLV. Idemq; evincunt opera creationis, gubernationis & conservationis hujus universi, in quo tam sunt visunturq; miranda multa, imò stupeuda, ut in vitis etiam confessionem omnipotentia divina extorquere queant.

XLVI. Et rectè de hoc attributo Tertullianus lib. de Resurrectione carnis cap. 11. scribit: Deus, inquiens, non alia lege credendus est, quam ut omnia posse credatur.

XLVII. Cavilla ergò sunt, qua doctrina huic à nonnullis obijciuntur, qualia sunt. DEus peccare, mentiri, miri, factum infectum reddere non potest, aut ut Apostolus loquitur, 2. Tim 2. v. 13. Deus seipsum negare non potest. Ergò non est omnipotens.

XLVIII. Rectè enim respondet Augustinus de symbolo lib. 1. cap. 1. Ideo omnipotens Deus est, quia ista non potest: qua si posset, non esset omnipotens. Magna ergò in DE potentia est, non posse mentiri.

XLIX. Deinde in DEo sic statuetur, da est omnipotentia, ne labefactetur ejus veritas, aut justitia evertatur. Quisquis enim ita dicit: Si Deus est omnipotens, faciat, ut qua facta sunt, facta non fuerint, is non videt se hoc dicere: Si Deus omnipotens est, faciat, ut ea qua vera sunt, eo ipso, quod vera sunt, falsa sint: inquit præclare Augustinus contra Faustum.

L. Proinde illa non posse, non est impotentia, sed summa potentia. Quæ enim apertam contradictionem in sese continent, fieri non possunt, ne sit sibi Deus contrarius, id est, inconstans, mendax, & evertat ipse, quod esse & manere voluit. Augustinus de Genesi ad literam lib. 9. cap. 9.

LI. Præter hæc & alia multa reperiuntur in scriptura, Dei naturam, vel opera in creaturis describentia: ut quod dicitur Intelligens, bonus, purus, immensus, infinitus, ubiq; præsens, agens liberrimum, tardus ad iram, vindex scelerum &c. qua diligenter colligenda

genda sunt, ut ex ijs aliquo modo DEum agnoscamus, & colamus
juxta ipsius verbum.

LII. Non autem existimandum est attributis hisce qualitates
Deo tribui. Est enim in hominibus hæc sunt accidentia, in Deo ta-
men omnia sunt essentialia: Unde Deus non tantum bonus, Iustus,
verax, &c. dicitur: sed etiam ipsa bonitas, Justitia, veritas, Jo-
han. 14, v. 6.

LIII. Quod verò ad ea scriptura dicta attinet, qua affectus hu-
manos, ut ira, odij, pœnitentiæ aut similes Deo tribuunt; ea ipsa
quoq; per ἀνάγκην ἀποδείξαι explicanda sunt.

LIV. Eleganter enim Beda in Psal. 2. Dicitur ira in DEo vis
illa, qua justissimè vindicat subjectam creaturam, non cum motu,
sed cum tranquillitate. Et in lib. 2. Sam. cap. 11. Pœnitentiæ DEI
non perturbatio sensus est, qua in homines cadere solet, retractan-
tes, quid improvidè mali commiserint; sed mutatio rerum transeun-
tium, immutabili mente præscientiæ divinæ. Videatur Augustin:
lib. 17. de Civit. Dei, cap. 7. Atq; hæcenus de Essentia unitate, e-
jusq; attributis.

De Trini-
tate Per-
sonarum.

LV. Caterum cum minus non minus eleganter quam verè Na-
zianzenus sermone de Sacro baptisinate scribit: Non possum Vnum
cogitare, quin trium fulgore mox circumfundar: nec tria possum
discernere, quin subito ad unum referar: Vtiq; meridiana luce
clarius apparet, cum Vnitate Deitatis, uno nexu coherere ejusdem
Trinitatem, nec satis esse Vnum confiteri DEum, sed eundem quoq;
Trinum in personis credendum & docendum esse.

LVI. Fides enim Catholica hæc est, ut Vnum DEum in Tri-
nitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Symbolum Athanasij.

LVII. Sunt autem in una hac essentia summè perfectæ, tres inter
se verè, non ratione solum, sed realiter distinctæ, & per se subsisten-
tes personæ, quas Græci θεοσωμα seu ὑποστάσεις appellant.

LVIII. Quæ tamen distinctio non Essentialis, neq; Accidentalisis
sed Personalis est: & in ἁπλοῦς καὶ ἀπλόως consistit: & perinde est,
ac si dicas, Vnam personam non esse aliam.

Vnde

LIX. Unde & veteres orthodoxi dixerunt, quod sit in Trinitate $\alpha\mu\theta$ $\nu\epsilon\gamma$ $\alpha\mu\theta$; non $\alpha\mu\theta$ $\nu\epsilon\gamma$ $\alpha\mu\theta$. Hoc enim essentiam, illud personas respicit.

LX. Nec est quod quempiam terminorum, quibus utimur, Essentia, Personarum, Trinitatis, Vnitatis, insolentia moveat. Etsi enim hi quoad literarum apices in scriptura non extant, eorundem tamen notationes expressæ ex ea haud difficulter elici possunt.

LXI. Ac de Essentia quidem voce id ex thest 29. satis constat.

LXII. Persona autem vocabulum quod attinet, id ex cap. 1, 3. Epistola ap Hebr. desumptum esse videtur. Et quamvis ibi vox illa non propriè personam, sed potius essentiam significet; placuit tamen Latinis Ecclesijs pro $\tau\omega\sigma\upsilon\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ voce, persona vocabulo uti, ut docerent, tres illas $\tau\omega\sigma\upsilon\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ non esse inania nomina, sed res revera subsistentes, & inter se differentes.

LXIII. Quoad verò Trinitatis & Vnitatis nomina: eorum sanè concreta expressè in scriptura ponuntur, vel classicus ille locus, 1. Joh. 5. v. 7. ostendit, ubi ait Apostolus: Tres sunt qui testimonium perhibent in celo, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt. Et nota est res, quod posito alicujus rei concreto, ejusdem etjam abstractum implicetur. Rectè ergò his alijsq; vocabulis utimur, non quod scriptura dicit, sed quia non contradicit: ut scitè Lombardus ex Augustino ait: Est autem improbitas quadam, si quis vocabula improbet, qua non aliud explicant, quam quod scripturis expositum traditur. Aug. de Trinit. lib. 7. cap. 4.

LXIV. Et profectò summa horum vocabulorum in Trinitatis mysterio explicando est utilitas simul & necessitas.

LXV. Eorum enim beneficio non tantum contradictionis apparentis implicatio, de Vno & Trino Deo in eadem divinitate, penitus tollitur; sed etjam multa objectionum involucra explicari possunt.

LXVI. Si cui enim impossibile videatur, quod unum simul esse possit

possit multa vel tria, & rursus tria unum: ei hinc respondemus. Tum Unitatem, tum Trinitatem, ut $\alpha\mu\delta\delta\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\mu\delta\delta$ de uno eodemq; Deo dici: & unum quidem ipsum esse respectu $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\iota\alpha\varsigma$: Rursus verò eundem Trinum esse, respectu $\pi\alpha\tau\epsilon\tau\epsilon\omega\upsilon$ sive personarum, qui duo diversi respectus omnem $\alpha\nu\tau\iota\theta\epsilon\omicron\iota\alpha\upsilon$ penitus evertunt.

LXVII. Rursus si quaratur, quomodo Trinum in Divinitate esse possit, qua sit planè $\alpha\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\omicron\varsigma$, & unum quiddam simplicissimum: Respondebitur. Ipsam quidem divinitatis essentiam partibus essentia minimè esse dividuam: quia verè eadem intra sese differentijs quibusdam, quas ab Ecclesia $\pi\alpha\tau\epsilon\tau\epsilon\omega\upsilon\varsigma$, personas appellari jam diximus, est obnoxia, per & propter illas fieri eam dividuam, qua in sese omnis divisionis expers est. Atq; harum causa fit: ut Una & eadem Dei essentia, personis trina: seu quod idem est, Deus Unus & Trinus religiosissimè statuatur.

LXVIII. Et de unitate quidem dictum est supra satis: Trinitatem verò personarum quod attinet, etsi de ea in Novo Testamento dicta extant expressiora: non tamen Vetus Testamentum mysterium hoc silentio planè involvit. Ac diligentia digna est pie eruditus, scrutari, quomodo arduum hoc mysterium scriptura proponat.

LXIX. Primum itaq; in $\nu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ illa divinitatis essentia quandam esse pluralitatem, ex veteri Testamento ea confirmant testimonia, vel in quibus DEUS qui unus est, vocatur Elohim pluraliter: ut Gen. 1, v. 1. cum tamen hujus vocis singulare invenitur, Deut. 32, v. 15. Dan. 11, 38. Job. 4, 9. & 15, 8. Vel, in quibus Jehova de Jehova, seu Dominus de Domino loquitur, ut Gen. 19, v. 24. Psa. 110, v. 1. Psal. 45, 8. Hof. 1, 7. Vel, ubi DEUS de seipso in plurali loquitur, ut Gen. 1, v. 26. & 3, 22. & 11, 7.

LXX. Deinde non essentia hanc esse pluralitatem, ea evincunt testimonia, quibus supra essentia unitatem astruximus: remanet ergò personarum pluralitas.

LXXI. Qua ne infinita statuatur, non tantum trina nominis DEI Jehova, in eadem sententia iteratio, in scriptura Vet. Testamenti

menti adhibetur, ut Psalmo 67, 7. & Esai. 33, v. 22. & 63, v. 7.
Quò pertinet etiam consueta illa populi benedictio, in qua ter nomen
DEI repetitur, Num. 6, 26. & Canticum illud Angelorum, Esai. 6,
v. 3. Sed tres etiam persona disertè exprimuntur, ut Gen. 1, 1. & 2.
Psal. 33, 6. Exodi 31, 3. Implevi eum Spiritu D E I.

LXXII. Nec praterenda sunt illa testimonia, quæ thesi 96.
sunt allegata, in quibus Deus de Deo tanquam persona de persona lo-
quitur, & duorum tantum fit mentio: Ibi n. Duabus nominatis simul
significari tertiam, piè & eruditè observavit Lutherus. Ut Esai. 48,
v. 16. Dominus Deus misit me, & Spiritus ejus. Ubi interprete
Paulo Gal. 4, v. 4. subintelligendus est Filius. Sic Genes. 19, v. 24.
Jehova pluit à Jehova: connotatur Spiritus Sanctus loquens hoc
ipsum per Mosen.

LXXIII. Atq; hæc præcipua sunt Vet. Testamenti testimo-
nia: quæ etsi firmiora sunt, quam ut à quorundam, qui Christianorum
censu venire amet, in dubium vocari possint; τὰ ἀνεπίστατα τα-
μεν & ἡ ἐκείνων quorundam effugere non potuerunt.

LXXIV. Ut enim de Calvino nunc taceam, cujus fraudes ab
alijs detectæ sunt: Lamberti solum Danaï videamus insolentiam.
Sic enim is in librum primæ Lombardi distinct. 2. cap. 6. pag. 42.
scribit. Quod ex voce ΩΝ item ex trina benedictione, quæ in
Psalmo 67, v. 1, 6. & 7. diversis locis repetitur, colligit Lombardus,
ad ejusdem articuli (de Trinitate personarum) tam vexati fidem
faciendam, est jejunum & exile, ne dicam ἀπεγοδιόωσθαι: quum
Hebræi ex lingua sua usû, in honorabilioribus personis designandis,
alibi quoq; pluralem numerum pro singulari usurpare soleant: non
quidem alicujus divini mysterij significandi gratia: sed dignitatis
tantum illorum amplificandæ causa: Et Trina illa benedictio sit
duntaxat. vehementis precationis judicium & ubertas in eo Psal-
mo: non ullius mysterij arcana significatio ac sacramentum. Hæc
Danaus Judaizans.

LXXV. Sed respondemus: primò, si ratio illa, quæ pro Trini-
tate

tate personarum asserenda ex voce plurali Elohim adducitur, je-
juna, exilis & ἀπεσδιόυου est: utiq; omnes fermè interpretes
prisca & neoterici, nec orthodoxi solum, sed Danaï quoq; gregales in
eo errârunt, quos uno fermè ore hoc argumentum inculcare, eruditè
ut omnia, contra Paræum evincit Hunnius in Antiparæo primo, ad
locum Gen. 1. In principio creavit Elohim.

LXXVI. Et quamvis non negemus Nomen Elohim uni quoq;
persona nonnunquam tribui: id tamen nullam ob causam aliam,
quam propter latens Sacrosanctæ Trinitatis mysterium fieri, con-
stanter asserimus.

LXXVII. Deinde. Quod pluralis numerus hic pro singulari
ex usu Hebrææ lingua positus asseritur: falsum est: Nullum
enim ex ea exemplum, hujus assertionis produci posse, Danao in ca-
teris ὁμόψηφου Keckermannus affirmat, Systemate Theolog.
pagin. 40.

LXXVIII. Similiter quod de amplificatione dignitatis DEI
per hanc pluralis vocis appellationem, philosophatur Danaus, id
verè jejunum, exile, & ἀπεσδιόυου nos rectius dicimus. Magna-
tes honoris sui amplificandi gratia de se in numero plurali loqui con-
stat: qua tamen consuetudo non a natura vel Germanica vel La-
tina aut Græcæ lingua; sed vel ex iuribus, vel ex festivitibus
aulicis nata esse videtur. At quis Deo hoc ausit tribuere, quod hu-
jusmodi ἄγνοια stultorum hominum indigentiam imitetur:
praesertim cum alioquin essentia unitatem summa sibi laudi du-
cat, eamq; ad extollendam majestatem suam, passim inculcet.

LXXIX. Trinam illam benedictionem in Psalmo 67. vehe-
mentis, precationis indicium esse, non quidem negamus, interim ta-
men illam ipsam quoq; rectè ad Trinitatis mysterium ab interpreti-
bus Christianis accommodari, eruditiores judicant. Videatur Hen-
ricus Mollerus in Psal. 67. Et Sægedinus in locis, pag. 509. ex tri-
plicato DEI & Domini nomine, Trinitatem personarum probari
posse, contendit. Ex Danaï itaq; sententia, & hi ἀπεσδιόυου ad
Trinitatem asserendam protulerunt. Sed

LXXX. Sed relicto *Danao* progrediamur ad *Novi Testamenti* dicta, quæ & dilucidiora & clariora sunt. Præcipuè verò evidens est illa in *Baptismo Christi Sacra Triadis* revelatio, *Matth. 3, v. 16. Marc. 1, v. 23. Joh. 1, v. 32.* Ubi *Pater* de cælo auditur; *Filius* baptisatur in *Jordane*, *Spiritus S.* in specie columbæ apparet. Quemadmodum autem illa tria, vox, caro & columba differunt: ita necessitas cogit, ut *Filium* carne, *Patrem* voce, *Spiritum Sanctum* specie columbæ apparentem, una vice, eodemq; momento distinctos esse statuamus.

LXXXI. Pertinent huc & illa, in quibus partim tres *Divinitatis* personæ disertè exprimuntur: ut in institutione *Baptismi* nostri, *Matth. 28, 19. 1. Joh. 5, 7.* partim, trina distinctio manifestè notatur, ut *Joh. 14, v. 16. Ego rogabo Patrem & alium paracletum dabit vobis. & cap. 15, v. 26. 2. Cor. 13, v. 13.*

LXXXII. Ex quibus omnibus constat tres verè distinctas esse in una eademq; divina essentia personas: *Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.* Ubi enim alius ab alio & verbis perspicuis & factò evidenti distinguitur, ibi manifesta & realis est distinctio. At *Divinitatis* personæ, & luculentis verbis & factò evidenti distinguuntur, ut ex testimonio patet. Ergo inter eas est manifesta & realis distinctio.

LXXXIII. Discernuntur verò tres illæ personæ certis quibusdam proprietatibus; quarum alia sunt interna, ac personarum propriissima, ideoq; incommunicabiles. Alia externa, & minus propria, ac proinde communicabiles, quippe à patefactione tantum externa, & notitia quoad nos deducta.

LXXXIV. Interna proprietates sunt. *Patris*, esse *Ingenitum* & *Generare*. *Filij*: Esse à *Patre* genitum. *Spiritus Sancti*, à *Patre & Filio* procedere. Unde *Regula*: *Opera Trinitatis ad Intra* sunt divisa.

LXXXV. Ex harum proprietatum respectu ordo inter personas constituitur: ut *Pater* prima sit, quia à nullo est. *Filius* secunda: quia

quia est à Patre. Spiritus Sanctus tertia, quia tantum producitur,
& nullam aliam ex se producit personam. Quem ordinem etiam
ipsum Christum religiose servasse legimus, quando Baptizare jubet
in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti: eaq; propter ordinem
hunc Christiano homini invertere aut transponere non licere
statuimus.

LXXXVI. Externa sunt Creatio, qua Patri: Redemptio, qua
Filio: sanctificatio, qua Spiritui Sancto tribuitur.

LXXXVII. Ubi etsi personis singulis distincta tribuantur a-
ctiones & officia: Una tamen est Deitatis operatio, sicuti & Una
ejus est essentia.

LXXXVIII. Unde regula: Opera Trinitatis ad extra sunt
indivisa, hoc est: quaecunq; Deus extra suam essentiam in creatu-
ris operatur, non uni soli persona, sed omnibus simul tribuuntur,
servato tamen proprietatum personalium discrimine.

LXXXIX. Sic etiam Patri opus Creationis scriptura tribuat,
non tamen Filium & Spiritum S. excludit, sed ordinem certum in
illo opere exprimit. Creat enim Pater per Filium in Spiritu San-
cto. Roman II, v. 36.

XC. Atq; hinc Basilius de Spiritu Sancto, cap. 5, & 10. Pa-
trem causam creationis ~~designat~~ Filium $\delta\eta\mu\epsilon\gamma\gamma\alpha\lambda\omega\delta$
Spiritum S. $\pi\lambda\epsilon\omega\lambda\upsilon\lambda\omega$ appellat.

XC I. Atq; hac vera & constans est nostrarum Ecclesiarum
confessio & doctrina, de Essentia divina unitate, & personarum in
unica illa Essentia Trinitate, earumq; discrimine. Restat ut de ea-
rundem $\delta\mu\omega\sigma\tau\iota\alpha$ aliquid dicamus.

XC II. Nam ut Athanasius in Symbolo habet: In Trinitate
nihil est prius aut posterius, nihil majus aut minus: sed tota tres
persona, coeterna sibi sunt & coequales. Ita ut per omnia Trinitas
in Vnitate, & Vnitas in Trinitate veneranda sit. De singulis
ergo personis ordine, sed $\Delta\epsilon\beta\epsilon\gamma\chi\epsilon\omega\upsilon$ dicemus.

De DEO X C III. Pater est prima Divinitatis persona, non genita, nec
Patre. proce-

procedens, sed ab aeterno gignens filium, & cum filio mittens Spiritum S. ac cum utroq; omnes alias creans & conservans.

XCIV. Patris autem nomen Deo tribuitur dupliciter: primum personaliter, respectu filij Unigeniti, quem ab aeterno genuit. Psal. 2. v. 7. Qua ratione sola prima persona Pater dicitur. Deinde Essentialiter, respectu hominum, qui per gratiam facti sunt Filij DEI, & hac ratione tota Trinitas Patris nomen obtinet: & hoc sensu accipitur, Esai. 64. v. 8. Mal. 2, v. 10. Eph. 4, v. 6. Jacobi 1, v. 17. Et in oratione Dominica totam Trinitatem Patris nomine compellamus.

XCIV. Et patrem quidem, quatenus personaliter vox illa accipitur, personam esse distinctam a Filio & Spiritu Sancto, evincunt primum manifestissima illa apparitiones, facta in Baptismo Christi, Matth. 3, v. 17 & ejusdem transfiguratione, Matth. 17, v. 5. tum testimonia ipsius Christi, qui se a Patre non esse ait, eundemq; invocationis cultu honorat. Job. 6, 39. 4, 44. Ioh. 12, 28. Matt. 26, v. 39. Qui autem mittit & invocatur, persona sit necesse est, nisi impiè statuere velimus, Christum figmentum seu phantasma aliquod invocasse. Deniq; postulat idem relativorum natura, quae nunquam sine distinctione sunt.

XCVI. Prima autem persona quando Pater dicitur, id non vel temporis, vel majestatis, sed tantu originis sive productionis, atq; ordinis ratione intelligendum est. A Patre enim existunt Filius & Spiritus Sanctus, sed non post illum, ait eleganter Nazianzenus lib. 3. de Theologia; seu ut Augustinus lib. 4. de Trinitate scribit. Pater est Principium sine principio; Filius principium de principio; Spiritus Sanctus principium de utroq;.

XCVII. Deinde prima dicitur ratione missionis, quia mittit Filium & Spiritum Sanctum. Qui autem mittit, ordine prior est eo, qui mittitur.

XCIIIX. Patrem autem verum DEum esse, etsi nunquam fuerit dubitatum, placet tamen duobus argumentis id ostendere: quo-

rum prius ab ejus eternitate sumitur. Hanc autem confirmat Jo-
hannes cap 1. v. 1. Vbi DEum Patrem in principio fuisse ait. Er-
gò est verus DEus.

XCIX. Alterum à cultu adorationis petitur. Christus enim
ipse Patrem adoravit, Matth. 26, 39. Luc. 23, 46. & adorandum
alijs pracepit, Matth. 6, 9. Luc. 11, v. 2. Ergo est verus DEus.

C. Quibus adversariorum Antitrinitariorum consensum addi-
mus: qui omnes hoc ita asserunt, ut Patrem solum verum DEVM
esse, exclusis interim à Deitatis natura Filio & Spiritu S., somnient:
ab utentes dictis illis, in quibus Pater appellatur Solus DEVS, So-
lus potens, solus sapiens, solus immortalis, ut Luc. 18, 19. Joh. 17, 3.
1. Tim. 6, v. 15. & 16. Rom. 16, v. 27.

CI. Sed tenendum, exclusivas illas non personis divinitatis inter
se se opponi, sed idolis & respectu horum DEus Pater est $\alpha\upsilon\tau\omicron\theta\epsilon\omicron\varsigma$,
DEus Filius $\alpha\upsilon\tau\omicron\theta\epsilon\omicron\varsigma$ DEus Spiritus S. $\alpha\upsilon\tau\omicron\theta\epsilon\omicron\varsigma$ Vel Pater
Solutus dicitur DEus $\alpha\upsilon\tau\omicron\theta\epsilon\omicron\varsigma$, quia Solus est talis DEus, ut non
sit ab alio, sed ut sit fons & principium Deitatis in Filio & Spi-
ritu Sancto.

De DEO
Filio.

CII. Filius est secunda Persona Divinitatis, genita ab eterno
à Patre, & est substantialis & in $\alpha\upsilon\tau\omicron\theta\epsilon\omicron\varsigma$ aeterni Patris, ejusdem
cum Patre potentia & voluntatis, & una cum Patre Spirans Spi-
ritum Sanctum: qui Filius postea fuit intercessor inter Deum & ho-
mines lapsos, assumpsitq; ex Virgine Maria humanam naturam,
ut esset Mediator, nobisq; suo merito Iustitiam & vitam aeter-
nam restitueret.

CIII. Ordinis ratio, cur secunda dicatur persona, ex thesi 85.
& 96. patet. Quod autem Filius sit persona à Patre & Spiritu S.
distincta, itidem ex thesi 95. liquet.

CIV. Quia verò de appellationibus Filij, & generationis modo,
magna nuper orta sunt disputationes: nos eas pie tutoq; rescari
posse statuimus, & in hac simplici veritate acquiescimus, quod sci-
licet Filius DEI ab eterno à Patre sit genitus, Psal. 2, v. 7. Mich. 5,
v. 2. Pro-

v. 2. Proverb. 8, v. 22. & 23. Iohan. 1. v. 1. Modum verò, ut ἀπο-
κρίτων καὶ ἀνεξήγητων in aeterna schola investigationem rej-
cimus.

CV. Λόγος autem dicitur, primum respectu DEI, idq̄, tripli-
citer: 1. Quia ὁ λόγος mentem Patris representat. Siquidem est
character substantiæ ejus, & imago & splendor gloria paterna.
2. Quia ab eo, (sicut Verbum ex mente) citra passionem & muta-
tionem genitus est. 3. Quia sicut noster conceptus manet semper in
mente & apud mentem, in qua genitus est; ita Filius semper manet
apud Patrem, inseparabilis à Patre, Joh. 1, 1. & 2.

CVI. Deinde respectu nostri. Nam per Λόγον omnia sunt con-
dita, Gen. 1, 3. Ioh. 1, 3. Hebr. 1, 2. per eundem conservantur omnia
& sustentantur. Heb. 1, 3. per eundem novissimis temporibus nobis
locutus est DEUS, Heb. 1, 2. & deniq̄, quia Evangelium ex sinu pa-
tris aeterni protulit, Iohan. 1, v. 18.

CVII. Quia verò Diabolus hostis filij Dei, ejus potissimum
Divinitatem impugnare non fuit veritus, colligenda sunt argumen-
ta, quibus Spiritui isti mendaci os impurum obstruatur: Ea verò
omnia in fascem conglomerata, hoc syllogismo comprehendo.

CVIII. Cuicumq̄, tribuuntur nomina, attributa, & opera merè
divina, Deoq̄, vero proprie, is verè & proprie, adeoq̄, natura DEUS
est. Atq̄, Filio hac omnia tribuuntur. Ergo verè & proprie, a-
deoq̄, natura DEUS est.

CIX. Propositionem ut ἀξιόμιστον nobis datum iri à pijs spera-
mus. Assumptionem itaq̄, ordine probamus.

CX. Et primum quidem magnum illud DEI nomen ἰερωτάτου
Jehovah, quod ulli creatura communicabile esse DEUS ipse
negat, Esa. 42, 8. (unde & apud Iudæos illud est ἀνεκφωνήτων seu indi-
cibile, neg. pronuntiandum esse, superstitiosè judicatur) Christo
haud obscurè tribuitur, Jerem. 23, v. 6. & 33. 16. Hoc est nomen
ejus, quod vocabunt eum Jehova Iustitia nostra. Filius autem seu
Christus factus est nobis à DEO Iustitia, 1. Cor. 1, v. 29. Ergo est
verus Deus.

CXI. Evincent idem & sequentia testimonia. Exodi 15, v. 7. & 17, 2. Psal. 68, v. 19. Esa. 6, 1. & 8. 13 14, Et 40 3. & 45. Zachar. 12, v. 10. In quibus omnibus Iehova appellatio invenitur. Reductivè verò in N. Testamento Christo applicantur, 1. Corinth. 10, 9. Ephes. 4, v. 10. 11. Iohan. 12, v. 41. Luc. 2, 34 Rom. 9, 32. 1. Pet. 2, 8. Matth. 3, v. 3. Marci 1, 3. Rom. 14, 11. Phil. 2, 10. Ioh. 19, 37.

CXII. Deinde Filius Dei nominatim DEus appellatur, Psal. 45, v. 7. & 8. Esa. 7, 14. & 9 6. Joh. 1, 1. & 20, 28. Actor 20, 28. 1. Timoth. 3, 16. 2. Pet. 1, 1. Et ne quis eum nuncupativè, ut creatura nonnunquam, sic dici criminetur, declaratio in quibusdam scriptura dictis addita reperitur, ex qua facile constat, proprièssimè Filium, DEum dici. Dicitur enim DEus per quem omnia facta sunt, Iohan. 1, 2. DEus benedictus in secula, Rom 9, 5. Verus Deus 1. Joh. 5, 20. & 21. & Magnus DEus, Tit. 2, 13.

CXIII. Et huc pertinent omnia illa Novi Testamenti dicta, in quibus Filius Dei $\chi\omega\epsilon\sigma$ appellatur: Hoc enim pro nomine JEHOVAH accipi, testem habemus omni exceptione majorem Paulum Apostolum, 1. Corinth. 8, 6.

CXIV. Porro proprietates DEI essentielles Filio tribui, ex scriptura tam est manifestum, quam $\chi\omega\epsilon\sigma$ manifestissimum. Dicitur n: DEI Sapia, Prov. 8, v. 22. Est omnipotens, Joh. 5, 17, 19. & 21. & 6 40. & 10, 17. 28. Matth. 28, 18. Philip. 3. 21. Apoc. 1, 8. & 4. v. 8 Omniscius $\alpha\gamma\epsilon\delta\iota\sigma\gamma\omega\varsigma$, Iohan. 2, 25. & 21. 17. Aternus, Proverb. 8, 22. Mich. 5, 2. Est immensus, Matth. 18, v. 20. Invocatur & exaudit preces. Joh. 14, 14. 2. Cor. 12, 8. & 9. Actor. 9, v. 14. Hebr. 1, v. 6. Propria autem divina cum non accidentaliter DEO insint, sed sint ipsa divina essentia seu DEus ipse, sequitur Filium quoq; cui hæc ipsa competunt, verum Deum esse.

CXV. Deniq; cum actionum sive operationum omnimoda identitas, essentia identitatem presupponat, ex ijs quoq; Divinitatem Filij Dei $\delta\omega\tau\delta\epsilon\upsilon\lambda\eta\chi\omega\varsigma$ astruimus. Efficit enim opera merè divina: quorum alia sunt Universalia, ut Creatio, Psal. 33, 6, Iohan. 1, 3, Sustera-

Sustentatio & gubernatio rerum indefinens, Iohan. 6, v. 17. Universalis mortuorum resuscitatio, Iohan. 5, v. 21. Alia specialia, seu beneficia Dei in Ecclesiam: ut sunt Electio Iohan. 14, v. 18. vocatio, Iohan. 10, v. 16. Remissio peccatorum, Luc. 5, v. 20. Iustificatio, Esai. 53, 11. Sanctificatio, Ephef. 5, 26. Salvatio, Matth. 1, v. 21, & innumera alia.

CXVI. Spiritus Sanctus est tertia S. S. Trinitatis persona, De Spiritu à Patre & Filio procedens, Vtriq; consubstantialis & coeternus, & Sancto. mittitur, ut ministerium docendi in Ecclesia gubernet, & per Evangelium corda piorum regeneret, & sanctificet.

CXVII. Vocatur Spiritus, ob personalem proprietatem, nimirum processionem, seu quia à Patre & Filio per spirationis modum procedit. Unde & spiraculum omnipotentis, Job. 33, v. 4. & Spiritus oris Jehovæ, Psal. 33, v. 6. Oris Christi, 2. Thessal. 2, v. 8. dicitur.

CXVIII. Sanctus verò dicitur. 1. Respectu sui, quia ipse in se, per se, ex se. & sua natura Sanctus mundus & justus, omnium vitiorum, macula & labis expers est, 2. Respectu nostri, quia nos homines sanctificat, hoc est: à peccatis mundat, & justos, castos & DEO sacros reddit.

CXIX. Tertia autem Spiritus persona nominatur, non quod vel Divina gloria & maiestate inferior sit Patre & Filio, vel ejusdem tempore posterior: sed propter ortum personalem, quo ipsa à Patre & Filio per modum spirationis producitur.

CXX. Persona enim producta ab alia, non potest esse ordine par illi, à qua producitur. Spiritus S. est persona producta. Ergo &c. Producitur autem à Patre & Filio, ut mox probabitur. Ergo ordine non est par Patri & Filio, & consequenter in divina essentia persona hac ordine tertiam constituere piè asseritur.

CXXI. Quod autem Spiritus Sanctus persona sit per se subsistens, non ventus sive halitus quispiam, aut vis ciendi & movendi omnia: & quidem persona distincta à Patre & Filio, prater multa alia.

alia argumenta, illustris illa apparitio in Festo Pentecostes ostendit: ubi Spiritus Sanctus, ut persona à cæteris realiter sive verè distincta, visibiliter in specie linguarum ignearum conspectus fuit.

CXXII. Idemq; evincunt non tantum personales proprietates & actiones, ut sunt docere & suggerere veritatem, Iohan. 14, v. 26. & 16, v. 13. perhibere testimonium, 1. Iohan. 5, v. 7. Sed etjam dicta illa, qua Spiritum Sanctum alium esse disertè loquuntur, ut Iohan. 14, v. 16.

CXXIII. Ομοῦσια porro seu Deitas Spiritus Sancti iisdem quibus Filij, astruitur argumentis. Cum enim ipsi non minus, quam Patri ac Filio appellationes veri DEI, attributa atq; opera verè Divina tribuantur, omnino eum verum DEum esse necesse est.

CXXIV. Appellari autem ipsum nomine illo DEI Essentiali Iehova, collatio locorum scripturæ luculenter edocet: quando id quod alibi Iehova vero DEO ascribitur, mox ad Spiritum S. accommodatur. Sic quoque Num. 12, v. 6. promittit Iehova se locuturum per Prophetas, id ad Spiritum Sanctum refertur, 2. Sam. 23, v. 2. Actor. 1, v. 16. Oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus S. per os Prophetarum. DEus verò disertè nominatur, Actor. 5, v. 3. & 4.

CXXV. Deinde attributa quoque Divina ad ipsum referuntur, ut sunt aternitas: unde Spiritus aternus dicitur, Hebr. 9, v. 14. Immensitas Psal. 139, v. 7. Omniscientia, Esai. 11, v. 2. 40. 1. Cor. 2, v. 10. Omnipotentia Psal. 95. 3. 4. 8. 1. Corinth. 12. v. 6. 11. Et deniq; adorationis cultus, In eum enim baptizari jubemur: & in eum credimus, Matth. 28, v. 19.

CXXVI. Deniq; non minus quam Pater & Filius opera merè Divina efficit. Creat enim & conservat omnia, Gen. 1, 2. Psal. 33, v. 6. Iob. 33, v. 4. Esa. 57, v. 16. Unde etjam Ecclesia canit: Veni creator Spiritus. Homines vivificat, Iob. 5, v. 21. Illuminat, convertit & regenerat. Iohan. 3, v. 5. Ephes. 1, v. 18. Sanctificat, iustificat & salvos facit, 1. Corinth. 6, v. 11. Tit. 3, v. 5. Ministerij Ecclesia-

Ecclesiastici supremam gubernationem sibi soli vendicat. Act. 10, v. 20. & 13, 2. & 16, 6. 7. & 20, 28. Et quod negligendum minimè est; inumbrat Virginem, ut concipiat sine virili semine, Luca 1, v. 35. & deniq; ipsum Messiam ungit, & ad prædicandum pauperibus mittit, Esai. 48, 16, & 61, 1.

CXXVII. His argumentis coronidis loco addimus aliud ab æterna Spiritus Sancti processione petitum. Processio enim hac cum nihil aliud sit, quam æterna totius essentia divina communicatio, qua Spiritus Sanctus eandem cum Patre & Filio naturam obtinet, sequitur Spiritum Sanctum quoq; verum DEum esse.

CXXVIII. Caterum de processione hac non exigua olim mota fuerunt, & adhuc moventur controversia. Græca enim Ecclesia hætenus à Filio quoq; Spiritum S. procedere, constanter negant: quibus nos sequentia opponimus.

De processione Spiritus S.

CXXIX. Quia enim Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Christi, Roman. 8, 9. Phil. 1, 19. 1. Pet. 1, v. 11. & spiritus filij, Gal. 4, 6. Sequitur ut duos nobis concedant in Divinitate esse Spiritus: quorum unus spiraret à Patre, alter à Filio, quod absq; blasphemia dici non potest; aut processionem à filio etiam fieri largiantur.

CXXX. Quæ enim est ratio, ut Spiritus Sanctus, sit & dicatur Spiritus Patris, ead. est ratio, ut sit & dicatur Spiritus Filij: Atqui processio à Patre est ratio ut Spiritus Sanctus dicatur & sit Spiritus Patris: hinc etenim dicitur spiraculum omnipotentis, Iob. 33, v. 4. Ergo processio à Filio est ratio, ut Spiritus Sanctus sit & dicatur Spiritus Filij.

CXXXI. Huc pertinent & ea testimonia, quibus Christus mittere & donare Spiritum Sanctum, quibusq; Spiritus S. omnia à Christo accipere dicitur, Ioh. 15, 26. & 16, 7. 14, 15. & 20, 22. Persona autem non mittitur, nisi ab ea, à qua producta est.

CXXXII. Idem deniq; & ordo personarum Trinitatis, & essentia indivisa unitas requirit: ut sicut à Patre Solo Filius, ita à Patre & Filio Spiritus Sanctus, tanquam tertia Trinitatis persona, ortum personalem habeat.

D

Huic

Antithe-
fis.

CXXXIII. Huic sana & orthodoxa doctrina de DEO vero, Vno & Trino, variè semper à varijs hereticorum agminibus fuit reclamatum: qua omnia nos brevitatis studio ad duas classes referemus; Quarum prima eos recenset, qui ipsam Essentia Divina Unitatem, hujusq; attributa oppugnant: Alterà eos enumerabimus, qui personarum in Vna illa divina Essentia Trinitatem, eandemq; divinitatem vel negant, vel blasphemè arrodunt.

CXXXIV. Ad primam classem qui referuntur, eorum alij sunt extra Ecclesiam: alij in Ecclesia.

CXXXV. Extra Ecclesiam, innumeram Deorum multitudinem gentilium invehit impietas, adeò ut D. Augustino ex Varrone annotante, triginta millia Deorù uno seculo orbis terrarum coluerit.

CXXXVI. A Philosophis & gentilibus error hic in Ecclesiam traductus est, unde Carpocratiani, & hos secuti Valentiniani, Platonica Philosophia sectatores, prodigiosam DEorum multitudinem invehierunt, ex Pyria Profundi, quod Patris instar esse voluerunt, & Silentij, quod matris, mirabiliter enatam: indeq; singulis Dei operibus singulos Deos attribuerunt.

CXXXVII. Horum imitatores postea fuerunt Basilidiani, Saturniniani, Taciani & alij, qui Deos illos infinitos Vnum posse vocari contendebant, perinde ut Vnum creaturam, sicut unum cor, una anima fuisse legitur, Actor 3, v. 32.

CXXXVIII. A quo errore non longè absunt hodie nonnulli, qui etsi Vnum DEum & tres Divinitatis personas agnoscunt; plerumq; tamen scriptura testimonia, qua de unitate essentia trium personarum loquuntur, similiter de ὁμοφωvία duntaxat seu consensu & concordia, non verò de essentia interpretantur.

CXXXIX. Nec minus graviter hic errarunt Manichæi, Cerdoniani & Marcionita, qui duo statuentes rerum principia, duos quoq; Deos comminiscabantur.

CXL. Quò pertinent & Tritheita, quorum antesignanus fuit Valentinus Gentilis, docentes, Patrem, Filium & Spiritum S. esse quidem verum Deum, sed non minus essentijs quàm personis distinctos.

Et quam-

vide Cal-
vinum Iu-
duizant.
D. Hun-
nij.

CXLI. Et quamvis Pontificij verbo quidem verum Deum profiterentur: quia tamen re ipsa divinum cultum exhibent pluribus vel defunctis Sanctis, vel etiam statuis aut confectis numinibus, ab opinione plurium Deorum simpliciter absolvi nequeunt.

CXLII. Porrò attributa hujus unius Dei nostri variè quoque exagitata fuisse, Ecclesiastici testantur annales. Simplicem enim seu spiritualesse essentiam Deum esse, i. Cum Photinianis negarunt Marcelliani, qui teste Theodoro, in Deo extensionem quandam instar cera liquefacta fixerunt. Deinde Anthropomorphyta & Tertullianista, qui Deum corporeum esse statuerunt. Tertio Arnaldista: qui in Deo aliquid compositum esse dixerunt.

CXLIII. Veracem Deum esse inficiabantur Jacobita. Eiusdemque Justitiam impugnabant Coluthiani. Omnipotentiam denique evertabant cum Carpocratianis Messaliani. Quò referimus haud incommode & illos, qui scribere non dubitant, Deum universa sua potentia efficere non posse, ut corpus unum sit esse in pluribus locis, Martyr in Dial. fol. 7.

CXLIV. Ad alteram classem primum illi pertinent, qui S. S. Trinitati bellum ex professo indixerunt, docentes unam saltem esse personam, vel unam substantiam in Divinitate, & in illa, tria esse nomina sive nomenclaturam in versò, respectu unam illam substantiam, modò Patrem, modò Filium, modò Spiritum S. in scriptura nominari, sicut Unus idemque est paterfamilias, Consul, & Dominus: Quo dogmate personarum in Trinitate discrimen non tantum confusum, sed prorsus etiam eversum fuit.

CXLV. Tales fuerunt Praxeas & qui ejus haresin interpolarent, Noëtiani, à dogmate sic appellati: eò quod personas Divinitatis non realiter distinctas esse, sed vos tantum inter se differre senserunt: Et Patripassiani, à dogmatis consequentia sic dicti. Quia n. Unam tantum in Divinitate personam crediderunt, eandem quoque crucifixam esse contenderunt, quae è caelo clamavit: Hic est Filius meus dilectus: unde ipsam, quam dixi, appellationem sortiti sunt.

CXLVI. Quorum impietatem postea secuti sunt Sabelliani, Samosate-

mosateniani. veteres & Novi, aliàs à Michaelè Serveto, Servetiani appellati, de quibus posterioribus videatur Sleidanus, lib. 25.

Athanas.
disp. cont.
Arium.

CXLVII. Deniq; huc pertinent, Ariani, Eunomiani & Macedoniani, qui non tantum Filij, sed etjam Spiritus Sancti aternam divinitatem impugnarunt, & utrumq; Deo Patri ὁμοῦσιον ἔσθαι αὐτῶν esse negarunt: Ac Filium quidem ante aliquot secula à Deo Patre conditum esse, Spiritum verò Sanctum servum Patris, & Filij facturam blasphemè dixerunt.


CXLVIII. Quibus Græcos, Ruthenosq; adjungimus, processionem Spiritus Sancti à Patre & Filio negantes: qua negata, divinitatem quoq; ejus obliquè destrui, ex superioribus est manifestum.


COROLLARIA.

Bellarmin.
præfat.
contr. de
Christo.

1. An Antropomorphitarum opinio possit excusari, ut sentire videtur, B. Lutherus in caput 1. Geneseos.
2. Antropomorphitis minime accensendi sunt, qui scripturæ stylum vel pingendo vel sculpendo imitatio studiorum & simpliciorum oculis visendas exhibent eas Dei imagines, in quibus ipse se sanctis conspiciendum præbuit.
3. Impudens est calumnia An baldinorum, qui ob imaginem Christi Crucifixi, Arianismi nostras Ecclesias insimulant. Derantwortung auff dē Landtschafft erinnerung/ pag. 51.
4. Nos contra illos illorumq; gregarij Arianismo portas bipatentes aperire statuimus, dum ea, quæ Christo in temporè in scripturis data dicuntur, ratione divine nature, ei data esse scriptitant, Sobnius Tomo 2, pag. 254. & 415. Pezelius & Gravius contra Hunnium, videatur Colloq. Mompelg. p. 201.
5. Verba Lutheri, Anima mea odit hoc verbum ὁμοῦσιον, non Categoricè, ut calumniatur Iesuita, sed ἁπλῶς & Hypotheticè intelligenda esse, contextus verborum Lutheri arguit, Tomo 2. Latino VViteb. p. 240. Idem non odio Trinitatis illam precandi formulam ex Germanorum precibus, Sancta Trinitas, Unus Deus, miserere nostri; sustulit.
6. Spiritus Sancti majestati nihil derogat, quod de se nullam aliam personam producit.
7. Phrasis, Spiritus Sanctus procedit, A Patre PER Filium, fidei non videtur esse ἀναλογικῶς & ob id nec usurpanda.

Deo Soli Gloria.





CXLI. Et quamvis Pontificij verbo quidem
fidentur: quia tamen re ipsa divinum cultum ex
defunctis Sanctis, vel etiam statuis aut confectis
nitione plurium Deorum simpliciter absolvi neque

CXLII. Porrò attributa huius unius De
exagitata fuisse, Ecclesiastici testantur annales. Si
spiritualem essentiam Deum esse, i. Cum Pho
Marcelliani, qui teste Theodoro, in Deo exte
instar cera liquefacta fixerunt. Deinde Anth
Tertullianista, qui Deum corporeum esse statuerat
dista: qui in Deo aliquid compositum esse dixerat

CXLIII. Veracem Deum esse inficiabantur
demq; Justitiam impugnabant Coluthiani. Om
evertent cum Carpocratianis Messaliani. Qu
incommodè illos, qui scribere non dubitant, D
potentia efficere non posse, ut corpus unum sit ess
Martyr in Dial. fol. 7.

CXLIV. Ad alteram classem primum illi p
Trinitati bellum ex professo indixerunt, docentes
personam, vel unam substantiam in Divinitate,
nomina sive nomenclaturam per se, respectu un
tiam, modo Patrem, modo Filium, modo Spiritu
nominari, sicut Unus idemq; est paterfamilias, Col
Quo dogmate personarum in Trinitate discrimen
futum, sed prorsus etiam eversum fuit.

CXLV. Tales fuerunt Praxeas qui ejus h
runt, Noëtiani, à dogmate sic appellati: eò quod per
non realiter distinctas esse, sed vobis tantum int
runt: Et Patripassiani, à dogmatis consequentia s
Unam tantum in Divinitate personam credider
crucifixam esse contenderunt, quæ è caelo clama
meus dilectus; unde ipsam, quam dixi, appellatio

CXLVI. Quorum impietatem postea secuti s

